



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Eucharistia III. quoad vsum & ritum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

226 E V C H A R I S T I A III
pilli , vel famuli , domi suæ viuentes non
communicent , quando tenetur . Et prædicti
qui aliena cura gubernantur , & eorum mo-
tionem expectant non peccant , donec
moneantur , quamvis curam eorum gerente
peccet monendo tardius quam par est . n . 57

Peccat mort. monachus sancti Benedicti
qui non communicat semel in mense .
Idem de Moniali cuiuscumque ordinis . lib.
dem . § . 13 . In Nouo num . 59 .

Potest ob aliquam causam Euchari-
stia denegari damnatis ad mortem . Ali-
quando enim expedit , ut non differatur
executio sententiae . cap . 25 . num . 23 . ut di-
cetur . tit . Index .

E V C H A R I S T I A III.

Quo ad usum & ritum .

A C O N S I L I V M est non communicare
statim post confessionem longi tempo-
ris . cap . 21 . num . 41 .

Peccat mortaliter qui communicat cre-
dens , vel credere debens , se esse in peccato
mortali . cap . 21 . num . 46 .

Debet autem id credere , qui id ignorat et
ignorantia affectata , immo & crassa : secus de il-
lo , qui adhibita diligētia nullius culpe mor-
talis conscius est , hinc ignorantia sit iuris
fue

EUCHARISTIA. III. 227
 s not
 edic
 n mo
 done
 rent
 c.n.
 edic
 nens
 is.Ib
 chari
 Ali
 eratu
 vt d
 III
 nicare
 mpo
 t cre
 eccato
 rat ex
 de il
 mor
 iuris
 fuc

Bue facti. Sed ut quis recte communicet, non requiritur quod sciat se esse in gratia Dei, satis est id probabiliter credere. n. 47.

Peccat mort. qui habens copiam confessoris communicat ante confessionem mortaliū, quamvis sit contritus. n. 49. Imo qui etiam disputando defenderet huiusmodi contrito licere sine confessione communicare, peccaret mort. & esset excommunicatus. n. 10. Secus tamen de illo qui non habet copiam confessoris, quam non habet, qui non potest sine scandalo confiteri, aut relinquere communionē: sicut Sacerdos, qui inchoata misera recordatur alicuius peccati non confessi, aut qui iam venit cum aliis, & paratus est ad communionem, & recordatur alicuius peccati mortalīs, nec potest decenter ante communionem confiteri, nec abstinere a communione sine nota, poterit tunc celebrare, vel communicare. Sed tenetur postea quād citissime potuerit confiteri. c. 2. n. 8. Novo nu. 10. & cap. 21. nu. 49.

Peccat mort. qui cūm sit excommunicatus, C interdictus vel suspensus à communione, communicat: nisi quādo huiusmodi censuræ essent nullæ, vel iniustæ, & secretō cōmunicat, vel in terris vbi id ignoratur. c. 21. n. 48.

Qui intra unum diem naturalem post habitam copulam carnalem, vel pollutionem

P 2 illicitam,

228 E V C H A R I S T I A . III.
illicitam , si præmissa confessione,humili
accedat ad Eucharistiam,non peccat.& mul
tò magis procedit in eo qui absque culp
passus est pollutionem. cap.21.num.51.

Peccat mort. qui communicat post sum
ptionem cibi vel potus.n.58. Non tamen im
pedit deglutire reliquias cibi diei prece
dit dentibus insertas ; aut lauando os, aliqui
guttam aquæ, vel particulam alterius rei, ve
etiam gustando ius seu vinum tanquam fa
uum:nec impedit sumere cibum,parum am
edium noctem,quāuis posteā nec dormia
nec digerat.n.53. De celebrat̄e, vide Missa.

Infirmus sequentem diem commode ex
pectare non valens, potest etiam nō ieunie
communicare. Sacerdos autem non ieunie
non potest celebrare, vt communicet infir
mum non potentem expectare sequentem
diem, nec etiam id potest ad vitandum sca
dalum , quamvis accedat præceptum Su
rioris inferioris Papa. num. 53.

Non peccat Sacerdos qui non celebra
sed cōmunicās, suscipit Eucharistiā sine flo
la,& super pelliceo. Peccat verò m. qui pli
ries quam ſemel eodē die communicat. Id
de celebrat̄e niſi in certis casibus.n.54. Quo
vide in hoc Comp.tit.Missa.111.G.

Peccat mort. laicus, vel clericus , qui no
celebrando communicat sub vtraque specie.

E
Quod
mmat
teneri
vtraq
ut lai
tantū
finit,
grum
mi, au
munio

Eucl
nato
qui an
nō fu

Fre
meliu
uis pe
riyt
qui er
deuot
tiam
frequ
nius,d

E

DE

EVCHARISTIA. III. 229

Quocirca Concilium Trid. sess. 21. ca. 1. damnat sub anathemate, dicentē, Christi fideles teneri praecepto diuino ad Communionem sub utraque specie, aut Ecclesiam errasse, statuendo, ut laicus, & clericus, non conficiens, sub specie tantum panis communicet. Item. c. 3. & c. 4. definit, hereticum esse qui dixerit totum & integrum Christum sub una tantum specie non sumi, aut Parvulos usū rationis carentes ad communionem obligari. c. 21. n. 59.

Eucharistia potest ministrari infirmo alienato à iudicio métiis per phrenesim, vel aliás, qui antea signa contritionis ostendit, quāuis nō fuerit cōfessus per multos ann. c. 26. n. 27.

Frequenter communicare licitum est, & melius quam contrarium, idque de se, quamvis per aliquam circumstantiam posset fieri, vt contrarium sit melius per accidens. Et qui ex frequentatione sentit in se maioris devotionis feroarem erga Deum, & reuerētiā erga hoc Sacramentum, debet illam frequentationem vteriū prosequi; sin minus, debet aliquandiu abstinere. n. 59.

EVCHARISTIA. IV.

Quo ad Ministrum.

PECCAT mort. parochus, qui subdito publicè, & tempore à iure statuto petenti A

P 3 com